

sonarum que infra nomine sunt. Rainaldus li Escachir de Gornaco, Radulfus de Bosco et Radulfus filius ejus, Odo Pirus, Galerannus de Balenni et Alelmus frater ejus. Post prefatum ergo calumpniam Drogo de Cressonessart in presentia nostra fideliter recognovit quod in predicta foresta Sancti Wandregisili a nemine quicquam tenebat nisi tamen ab ecclesia Ursicampi. Recognovit nichilominus quod in elemosinam dederit memoratae ecclesie Ursicampi quicquid juris sive exactionis habebat in tota foresta et in cunctis memoribus que adjacent duabus forestis et in omnibus nemoribus omniue terra ubi aliquam habet justitiam. Deinde ipse Drogo fraterque ejus Radulphus in nostra manu pleviverunt se elemosinam istam contra Radulfi predicti de Grantviler omnium que ex parte ejus calumpnias in perpetuum warandire, illustremque virum Radulfum de Cosdun hujus conventionis fidejussorem prebuit, eundemque cum matre sua Hersende et uxore sua Emmelina, quatinus si forte aliqua necessitas eo absente ingrueret, contra omnes prefactas ex sua parte calumpnias pro viribus suis suis causas agerent, loco suo dereliquit. Porro fratres Ursicampi in recompensatione hujus beneficii dederunt ei XL marcas argenti, totidem oves uxori ejus et duas vaccas filie ipsius. Quod ne quisquam presumat infringere, sub anathemate prohibemus et presentem cartam sigilli nostri impressione et fidelium testium astipulatione roboramus. S. venerabilis Balduini, Noviomensis episcopi, etc. Actum anno ab incarnatione Domini, millesimo centesimo LX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, epacta VI, concurrente IIII, indicione XIII.

Cart. d'Oürscamp. Charte DCXXVIII, Arch. de l'Oise. Peigné Delacourt, p. 386.

### III

Août 1210. — Vente au chapitre de Noyon par Jean, chatelain de Thourote, et Odette sa femme, d'une rente de deux muids de froment, à Avricourt.

Ego Johannes Castellanus Noviomensi et Thorothe et Odotha, uxor mea, omnibus in perpetuum. Noverint universi presentium inspectores quod nos communi assensu commune fecimus testamentum de his precipue que perpetuo rata volumus permanere et a successoribus nostris firmiter observari. Igitur ecclesie Beate Marie Noviomensi assignavimus duos modios frumenti ad mensuram Noviomensem singulis annis pro anniversariis nostris apud Diviscort, ita quod altero nostrum decadente unus modius persolvetur, reliquo in morte superstitis persolvendo. Quod ut

perpetue firmitatis robur obtineat presentem paginam inde conscriptam sigillis nostris roboravimus in testimonium et munimen.

Actum anno Domini M° CC° X° mense augusto.

Cart. du Chapitre de Noyon, f° 190, V°, Arch. dép. de l'Oise,  
G. 1984.

IV

1218. — Vente par Guillaume, chevalier, fils de Jean, châtelain de Noyon et de Thourote, de douze bouverées de terre à Deviscourt.

Ego Willelmus, filius domini Johannis, castellani Noviomii et Thorote, notum facio omnibus hec visuris quod dominus pater meus assignavit michi in partem terre totum illud tenementum quod emerat apud Deviscourt, de concessione et assensu domini Guidonis, primogeniti fratribus mei. Processu vero temporis ego nimio debitorum onere propugnatus, duodecim bovaria terre arabilis in eodem tenemento fratribus Ursicampi vendidi precio centum sexaginta librarum Parisiensis monete. Hanc autem venditionem feci de voluntate et assensu atque laudatione domini patris mei, domini que Guidonis, primogeniti fratribus, ceterorumque fratrum et sororum mearum. Hoc nichilominus concessit Beatrix uxor mea, et jus dotalicii quod habebat in pretaxatis duodecim bovariis ex toto quitavit et in manu Walteri presbiteri sui reddidit, qui inde investivit ecclesiam Ursicampi per manum domini Wilardi monachi. Plevivit etiam in manu ejusdem presbiteri quod in predictis nichil in posterum reclamaret, et quod concessionem istam spontanea faceret non coacta. Assignavi autem eidem conjugi mee congruum decambium dotalicii prefati, ad consilium et laudationem amicorum suorum, videlicet alia duodecim bovaria residua memorati tenementi. Hiis adicendum quod totiens memoratam venditionem contra omnes qui ad justitiam et legem venire voluerint per fidei interpositionem juxta usus et consuetudines terre teneor warandire. De hoc etiam dominus Johannes Cosduni, Wermundus de Cessoi, et Petrus de Ribercourt, milites, ad preces meas plegii remanserunt, ea conditione quod si fratres Ursicampi ex occasione facte emptionis, aliquos sumptus fecerint vel dampna increverint, ipsi plegii prisoniam tenebunt, ubi dominus abbas Ursicampi voluerit, donec sibi super sumptibus et dampnis fuerit plenarie satisfactum. Quod ut ratum et in perpetuum maneat et inconcussum, presentem paginam inde conscriptam sigilli mei appensione feci roborari. Actum anno gratie M° CC° XVIII°.

Cart. d'Ourscamp. Ch. CCXXXVII. éd. Peigné-Delacourt, p. 145.